

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 3: De arrogantia (4)

Idem (Gregorius):

Magne virtutis laus est simplicitas locutionis.
Quam quia arrogantes non habent,
se habere asserunt, ut securius audiantur.

Sepe etiam falsis vera permiscent,
ut eorum mendacio citius credatur.

Magnae uirtutis laus est simplicitas locutionis.
Quam quia arrogantes non habent,
habere se hanc sollicitius asserunt, ut securius audiantur.
Et pure se locuturos denuntiant,
quae duplicitatis suae malitiam deprehendi formidant.
Saepe autem et falsis uera permiscent,
ut inde eorum mendacio citius credatur,
unde inesse eis assertio ueritatis agnoscitur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 23.14 (CCSL 143B,
M. Adriaen ed., p.1164, ll.2-8).